



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesisius**

**Sammieli, 1613**

De Simonia in tertio genere spiritualium c. 89.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

& candelæ non sine periculo dan-  
tur. Notarii similiter nihil accipere  
debent pro simili negotio, nisi ubi  
consuetudo fuerit in contrarium,  
ante concilium, aut si salarium nõ  
habeant, & tunc quod accipiunt,  
non debet excedere decimam v-  
nius aurei patrem pro dimissoriis  
& aliis.

*De simonia in tertio genere spi-  
ritualium, Cap. 86.*

**I**N tertio genere rerum spiritua-  
lium, reponuntur, quæ sunt à  
potestate spirituali, vt supra  
cap. 84. quales sunt in voto dispen-  
sare, iuramenta relaxare, à censu-  
ris absoluerè, & templa consecra-  
re: pro quibus non licet Episcopis  
quidquam accipere, vel tanquam  
pretium, vel per modum sustenta-  
tionis, si aliunde habent sustenta-  
tionis redditus, sed tantum si spõ



te aliquid offeratur. Tempore tamen visitationis, ne quidem munerata ita oblata possunt accipere, nisi pro victu, eoque moderato & frugali, Trid. Sess. 24. c. 3. & c. 6. ubi statuit, vt dispensationes in matrimonio gratis fiant. Nunquã tamen murmurandum contra Papam, quando ex iis pecunias exigat, quia plurimum indiget tanta in Ecclesia maiestas: & quia interdum datur pecunia in pœnæ satisfactionem, vel per modum compositionis, seu commutationis, nã qui petit ab onere legis alicuius liberari, iustè potest alicui leuiori oneri pecuniæ subiici. Pro missa non licet pretium accipere, potest tamen aliquid accipi per modum sustentationis, aut oblationis, & de eo etiam pactum iniri secluso scandalo, & hoc maxime si sacerdos sit pauper. Pro Religionis ingressu aliquid dare, vel accipere est Simonia, quamuis aliquid da-



ri possit monasterio pauperi ratione victus & recipi gratis oblatum sine labe Simonia, imo vero & de eo pacisci licet, demum quae plus habent de temporalibus quam spiritualibus, ut officia catorum, vestes sacrae, Calices &c. vendi possunt etiam in usus profanos, modo prius frangantur, & nihil amplius accipiantur ratione consecrationis.

*De simonia beneficiorum, & officiorum, quae in quarto genere rerum spiritualium committitur. Cap. 90.*

**V**endere aliquid horum pecunia, vel aliquo alio pecunia aestimabili, seu emere, est Simonia: unde qui daret aliqui beneficium hac conditione, ut eius soror fratri suo nuberet, & hoc pro pretio, esset Simoniacus, si vero daret ratione gratitudinis, quomodo famulis etiam Episcopi.